



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXXVI. De Adventu fratris Godefridi Magistri Generalis, &  
resignatione officii sui, & electione fratris Sigfridi de VVuchtvvangen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Gottfridus C. de Hohenloh XI. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus Sak XVI. Magister Provinc. in Prussia.*

rebant se vidisse duas Columnas albas volantes supra corpus ejus  
in aere, quae ipso stante stabant, & procedente volabant.

CAP. CCLXXV.

De

*Deprædatione terræ Lubowia &*

*LXV. Lethovviorum.*

POSTHÆC quidam alii latranculi de Lethovia V. villas in terra  
Lubovia hostiliter invaserunt & CC. Christianos aliis cap-  
tis partim occiderunt. Quos fratres de Christburg sequen-  
tes, dum venissent in solitudinem, consideraverunt in vestigiis i-  
pforum, quod dividissent se in duas turmas. Undè & ipsi se &  
suos in duas partes diviserunt, quarum una comprehendit tur-  
mam unam infidelium & occidit ex ea (a) LXV. viros & LXX.  
Christianos homines liberavit. Alia pars fratrum non invenit  
nisi quinque pueros Christianos, quos secum duxit. Postea fra-  
tres intellexerunt relatione veridicâ, quod pauci de istis Letho-  
vvinis sani redierunt: quibusdam enim submersis in viâ, reliquis  
consumptis inediâ, ceteri se præ tristitia suspenderunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Stryikovius in suo Exemplari legit X. Viros & XL. Christianos ho-  
mines liberavit. Jerofschinus verò eodem modo, ut nos legit.

CAPUT CCLXXVI.

De

*Adventu fratris Godefridi Magistri*

*Generalis, & resignatione officii sui, &*

*electione fratris Sigfridi de VVucht-*

*vvangen.*

Xx 3

Anno



Gottfridus C. de Hohenloh XI. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Gonradus Sak XVI. Mag. Provincialis in Prussia.

**A**nno Domini MCCCII. frater Godfridus Magister Generalis cum L. fratribus transiens Prussiam, venit ad terram Livoniae, & relictis ibi fratribus in subsidium dictae terrae, dum anno sequenti rediret Pruschiā, in Capitulo Elbingensi suum officium resignavit; licet sibi dum in Teutoniā reversus esset, denuo (a) temerarie usurparet. Quā resignatione factā, electus fuit statim ibidem frater Syfridus de Wuchtvvagen in Magistrum Generalem, qui ivit versus (b) Venetias ad domum principalem.

Anno Domini MCCCII.  
Quidam latro devotus, tamen Virgini Mariae Perussi in Italia decollatus fuit, cujus caput jam praecisum clamavit altā voce: *afferte mihi Sacerdotem quia B. Maria, prout eam in Orationibus meis singulis diebus suis rogavi, non sinit me mori antequam confitear omnia peccata mea & sic factum fuit.*

## ANIMADVERSIONES

- (a) Hinc est, quod Schuzius Gotofredi C. de Hohenloh imperium extendit usque ad annum MCCCIX. *Lib. I. Chron. Pruss. fol. 53. b.*
- (b) Domum Ordinis Principalem Venetiis fuisse usque dum in Prussiam illa transferretur, tradit hic Dusburgius; Eodem modo habet hoc Jerofchinus. Item Auctor Chronici sub Friderico Mag. Ord. Gen. Latino idiomate scripti. Sed Auctor vel potius Continuator Chronici Ordinis dicit, occupatā à Saladino Acconā, sedem Ordinis fuisse translatum Marpurgum in Hassiam, donec illa in Prussiam transferretur *fol. 93. a.* Verum quæ de sede & Accona translata dicuntur, intelligenda sunt de reliquiis tantum illis, quæ fuerant Acconæ. Nam sedem Magistri Generalis jam Hermannus de Salza ante expugnatam à Saladino Acconam transtulerat Venetias, teste auctore Chronici Lat. modo citati.

## CAP. CCLXXVII.

De

Fratre Henrico de Cunce.

Hoc